

Sanctus Petrus de Lucembourg Theoderico  
successit predicto anno Domini 1382. esse  
regali prosapia Francorum natus. Hic  
patrem habuit nobilem principem dominum  
Guidonem de Lucembourg comitem sancti  
Pauli et Lineacensem ac dominum Defferes  
cui data est filia comitis sancti Pauli  
et heres domina Mahaut appellata in ma-  
trimonio, mulier sagax et prudens verbis,  
operibus atque factis. Et sic per istud coniu-  
gium augmentata est possessio tum propter  
nobilitatem generis, tum propter magna facta  
et ardua domini Guidonis antedicti. Ac tamen  
quia illi infamiam currebant et opprobrium  
legis, qui matrimonii effectum  
id est proles procreationem erant privati, ideo  
Deus sua gracia speciali illam predictam  
dominam matrem istius sancti quam presciuit  
futuram ab hac predicta nota multipliciter  
preservavit, filios atque filias plurimos con-  
nando, ut puta dominum Wakardum comitem  
pronunciatum sancti Pauli vir elegantis forme,  
corpore strenuus, pulcher ut Priamus imperio  
dignus; dominum Robertum de Lucembourg  
et sanctum Petrum prenominatam, dominum  
Johannem de Lucembourg militem, et domi-  
num Andream venerabilem Cameracensem  
episcopum. Hii quinque fratres tanquam  
quinque libri Moysi ad invicem ligati prelia  
et ardua in multis sunt aggressi, quorum  
serius in ordine ponitur hic sanctus Petrus,  
in signum quod locus Levitarum principalior.  
Tum propter sanctitatem vite, tum propter  
scienciam, et morum honestatem sibi de iure  
competentem non iuris humani, sed Dei  
ordinatione eterna. Loropes ~~etiam~~ <sup>etiam</sup> plures  
habuit. Tamen quia sacri eloqui non est

1/ littera initialis dent. hoc. vac. rel.

1/ Emeacen e.

1/ fna<sup>com</sup>

sic e.!!

1/ pne e.

1/ pne<sup>or</sup> e.

1/ honest e.

1/ eloqm e.